



I. N. J.

Maxime Reverende atq; Celeber-  
rime VIR  
Domine ac Doctor plurimum  
honorande:



Olimirari, quod ego Minister verbi  
divini nondum annis gravis aut titulis insignis,  
*Te, celerrimum Theologum veteranum,*  
hac epistola compellare instituerim. Causas  
ipse, quæ me permoverunt, si animo perpende-  
ris, non iniqvas esse, judicabis. Nimirum Dn.  
*L. Niehenckius,* qui ex Schola Tua nuper pro-  
diit discipulus, non tantum malignis libellis  
Theologos celeberrimos, ob Sententiam Ev-

angelico-Catholicam, *de termino gratiæ totaliter induratis & excœ-*  
*catis ante fixam vitæ, voluntate judiciaria à DEO fixo,* lacessivit, &  
convitiis variis proscidit; Verum etiam præteritis nundinis Lipsiensibus au-  
tumnalibus, chartas Sycophanticas sub titulo, *Terminista Calvinizans,*  
evulgavit. In quibus præter venerandos Theologos ab ipso allegatos, me-  
am quoq; tenuitatem, quod cum Mose, Prophetis, Christo & Apostolis de  
termino gratiæ idem senserim, ferociter invasit, & adhibita non una Sophi-

A a

sticandi